Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Reduco tempus, addo ad 7 horas 24, fiunt 31 ho. 30 m. aufero 12 & tempus Astronomicum erit dies 4. 19 hor. 30 m. Locus solis 24 ♉. 34 m. ♈. fol. 73 Ingredior tabulam ♈ ad eleuationem 51 fol. 73 Inuenio 1 ho. 29 m. pro singulis 15 minutis loci solis addo unum minutum temporis, & sunt 2 m. quod adijcio. Item pro singulis 6 horis temporis mei sumo 3. Ergo fiunt 1 ho. 34 mi. addo horis mei temporis 19 h. 30 m. fiunt 21 ho. 4 m. Cum his ingredior tabulam, tempus a meridie, & inuenio sex domos, talem figuram. fol. 75 altera facie.